

Band VII., Nr. 2136, Seite 80-81

Die Grafen Rudolf, Hugo und Otto von Tübingen beurkunden, dass die beiden letzteren zu ihrer und ihrer Voreltern Seelen Heil ihren Hof zu Öschelbronn dem Kloster Kirchberg übergeben haben, weil sich dort eine Grablege ihrer Vorfahren befindet und weil ihre leibliche Schwester daselbst Klosterfrau ist.

Horb, 1270. März 23.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti. Amen. Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Rüdolfus, Hugo et Otto comites de Tuwingen salutem et gratiam et favorem beneficiorum. Inmemor odiosa oblivio delet cum tempore, quidquid gestum fuerit, nisi scriptis et testibus roboretur. Noverint igitur universi presentes ac posteri, quos nosce fuerit opportunum, quod nos Hugo et Otto iuniores comites dicti de Tuwingen curtim nostram sitam in Eschelbrunnen cum omnibus appenditiis et iuribus suis ob remedium anime nostre et dilectorum progenitorum nostrorum libera manu pleno iure contradidimus dilectis in Christo priorisse et conventui monasterii in Kilchberg ordinis sancti Augustini secundum instituta fratrum Predicatorum viventibus. Cum enim laudabilis et sancte conversationis ipsarum fama celebris nostris in finibus adeo invaluerit, quod nostrorum quoque progenitorum sepultura gaudeant et nostram karissimam germanam sororem secum habeant in ipsarum collegio sanctissimo celi domino famulantem, placuit nobis et nostro fideli patruo domino Rüdolfo de Herrenberg curatori et tutori nostro et ceteris nostris ministerialibus et amicis hanc ipsis elemosinam elargiri. Solvit autem predicta curtis XV maltra tritici et totidem siliginis et unum maltrum pise et I libram denariorum singulis annis. Itemque solvit unam libram Tuwingensium super bonis et possessionibus monasterii Sancti Georii in Nigra Silva in villa Ergetzingen sitis et cetera quedam minuta tributa. Placuit quoque, ut quoddam novale seu quedam novalia, que dicte curie antiquitus attinebant, dicte sorores per suos procuratores pro quinquaginta libris Hallensium redimerent ac suo dominio sicut ipsam curiam ascriberent et perpetuo possiderent certo titulo pleno iure. Ut autem hec munifica largitio a nobis celebriter elargata prefato monasterio Kilchberg quietam pacificam et inviolabilem perseveret, hanc paginam sibi conscribi volumus nostrorum sigillorum robore roboratam et hoc in testimonium irrefragabilis veritatis.

 Acta sunt hec anno domini MCCLXX., in media quadragesima, in Horwe. Et hii testes huius rei: Waltherus dapifer de Waldegg, Wernherus

II

de Ihlingen, Hainricus de Halvingen, Fridricus der Mulner milites, Gebhardus, H. scultetus et dominus scriba et Berchtoldus et Hermannus conversi de Kilchberg et alii quam plures fide digni.

—

Nach dem Kopialbuch des Klosters Kirchberg, Bd. 1, S. 142 b.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Germanisches Nationalmuseum Nürnberg

Signatur/Titel des Originals:

Or. Perg. 1270.03.23

Überlieferung und Textkritik:

Original. Fotokopie: HStA Stuttgart B 462 Bü 76. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 161 (Kloster Kirchberg I), S. 142b.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Horb

Ortsindex:

Ergenzingen Wohnplatz (16168)
 Ergenzingen, Rottenburg am Neckar, Tü
 Hailfingen Wohnplatz (16171)
 Hailfingen, Rottenburg am Neckar, Tü
 Herrenberg Wohnplatz (118)
 Herrenberg, BB
 Hof Waldeck : Stammheim, Calw CW
 Hof Waldeck Wohnplatz (6986)
 Horb am Neckar Wohnplatz (7484)
 Horb am Neckar, FDS
 Ihlingen Wohnplatz (7486)
 Ihlingen, Horb am Neckar, FDS
 Kirchberg Wohnplatz (12729)
 Kirchberg, Sulz am Neckar, RW
 St. Georgen im Schwarzwald Wohnplatz (13402)
 St. Georgen im Schwarzwald, VS
 Tübingen Wohnplatz (16214)
 Tübingen, Tü
 Öschelbronn Wohnplatz (108)
 Öschelbronn, Gäufelden, BB